

Lit. G.
Copia

Informatio Parochi Vásárhelyiensis de Filiali Sámsony

Prædium isthoc, a quo tempore per Tabaccarios hinc inde habitari captum est, romano catholica ecclesia Vásárhelyiensi adfiliatum fuisse semper, ex omnium tam actu existentis, quam prædecessorum parochorum investituris clarum, luculentumque evadit, quarum tenore, vacante beneficio, parochus non tantum ad oppidum Vásárhely, verum etiam ad filialia Márter, et Sámsony prædia expressis verbis declaratus, et introductus est. Unde constanti, et imperturbato usu, quibusvis, cuicunque religioni addictis Samsonyensibus romano-catholicus parochus Vásárhelyiensis tam omnia ministerialia impendit, quam etiam stolam pro baptismo, donec de hac aliter dispositum exstitisset, pro copulatione item, ac funere ab iisdem desumpsit, neque unquam distinctae relligionis [sic!] ministris, citra factam eatenus a se veniam, sive baptisare, sive sepelire, eo minus copulare permisit. Unde ad hæc usq[ue] tempora, vel ab ipsis diversarum relligionum [sic!] ministris parochus catholicus Vásárhelyiensis, pro vero, et indubitato Samsoniensium una hortulanorum parocho, et cognitus, et habitus est. Ius proinde in eosdem in quo et nullo non præfuit tempore, et post clementissimas etiam caesareas-regias ordinationes, in integro relictus est, parochus Vásárhelyiensis deinceps etiam sibi reservat, et reservari supplicat. Die 29^a januar[is] 1787. Josephus Kubik oppidi Vásárhely parochus m[anu] p[ro]p[ria].

Extr[adata] per Casparem Stermenszki m[anu] p[ro]p[ria].

I[n] co[m]m[un]it[at]u Csongrád Békés et Csanád unitam primi notar[is]

Lit. F.
Copia

Quod parochus ecclesiae Csongradiensis jam ab anno 1758 in usu praedii Teés, tanquam filialis ecclesiae suae fuerit, ostendunt matriculae ad eandem ecclesiam pertinentiu[m], exstat enim in libro baptisatorum pag[ina] 145. Quod anno 1758 die 10^o februar[is] Agnes filiola Joannis Torb incolae Tessiensis in oppido Csongrad baptizata fuerit, et sic subsequis annis consequenter. Item in libro defunctorum pag[ina] 57, quod anno 1759 die 26^a januar[is] Rosalia filia Joannis Toth, item pag[ina] 52. anno eod[em] die 7^a februar[is] Catharina filia Martini Galvátsi. Deniq[ue] pag[ina] 55. anno saepefato die 23^a novembris Helena Jacobi Bozó in oppido Csongrad tumulatae sint.

His accedit s[an]cta visitatio anno 1761 die 26^a junii per ex[ce]ll[entissim]um d[omi]num Carolum Eszterházy, nunc Agriensem, tunc Vacziensem episcopum peracta, uti legenti patet, quae [...] de populo tenoris est sequentis: Deprehendimus (sum verba laudatae canonicae visitationis) duo praedia, ut pote Fölső-Győ, ubi catholicorum paria conjugatorum sexaginta existere et [...] solvere Parocho Csongradiensi f[l]orenos] 30 stolarum proventum eo modo ac in matre. Aliarum praedium Teésch, paria conjugatorum catholicorum 13, calvinistarum circiter 10, catholici solvent imposterum f[l]orenos] 10 calvinistae autem stolam parocho Csongradiensi deponere erunt obligati.

Haec visitatio canonica, tanquam regis decreto [...], quam nemo ab eo tempore in quaestionem vocavit, locum habeat est necesse, sed neque ipsi Helveticae confessioni addicti homines a parocho Csongradiensi dependentes, unqua[m] se ad oppidum Szentess pertinere praetenderunt. Signat[ur]a Csongrad die 15^a mensis februar[is] 1787. Andreas Kanyó Parochus Csongradiensis m[anu] p[ro]p[ria].

Extr[adata] per primum notar[ium] Stermenyszki m[anu] p[ro]p[ria].

Lit. E.

Clarissime Domine Verbi Divini Minister Domine mihi sing[ularis] Colendissime!

Isthic in genuinis paribus advolutas dupplicis ordinis admodum r[evere]ndorum d[omi]norum Csongradiensis, atque Vásárhellyiensis parochorum declarationes, illius quidem respectu Tees, hujus vero quoad Sámson praediorum affiliationem factas, et i[n]c[ly]to co[m]it[at]ui relatas ex comissione sp[ecta]b[il]is, ac magnifici domini consilarii, et unitorum g[enerosissimi] c[omites] horum co[m]it[at]uum ord[inarius] v[enerabilis] comitis pro necessaria scientia, dum cum clarissima d[omino] vestra communico, favoribus devotus, persevero

Clarissimae d[omini] vestrae servus humillimus Fran[ciscus] Balogh [...]m[anu] p[ro]p[ria]

Vásárhelly 4^a martii [1]787

[...] acceptas ex publica spectabilis, ac magnific d[omi]ni consilarii sed ord[inarium] v[enerabilem] comitis [...], aequi [ex] statu notitia cum clarissima d[omino] vestra imparibus communico, ex quibus intelligere dignabimus, quibus ex motivis petito circa acta negotium religionis concernentia, deferri non possit.